# Band VII., Nr. 2442, Seite 324-325

*Der Edle Otto von Bruchsal freit nach vielen vorhergegangenen Streitigkeiten gegen Zahlung von 8 Pfund Heller dem Kloster Herrenalb dessen Hof zu Weingarten von allen Lasten und Abgaben.*

## Ohne Ortsangabe, 1274. Oktober 21.

Pateat universis Christi fidelibus tenorem huius cedule percepturis, quod ego Otto nobilis de Bruchsella in advocatia mea Wingartin exactiones et servitia consuetudinaria repetens de curia monachorum de Alba ibidem sita et per dominum Cunradum militem quondam advocatum predicte ville in eos sub nomine pure et ex antiquo optente libertatis translata mihi servitia fieri sicut de bonis aliis expetebam, predicti vero abbas et monachi gravari se contra iustitiam causabantur libertatem diu optentam et approbatam pro se allegantes iuquilinorum ville super hoc testimoniis invocatis. Diu itaque concertatione huiusmodi inter nos perdurante ego predictus Otto domino inspirante tandem potius elegi honestati eorum simul et religiositati deferre, quam super modico corda eorum inquietando contentionibus deservire, octo libras Hallensium pro predicta vexatione redimenda mihi per eosdem oblatas acceptavi, absolvens prefatam curiam cum omnibus suis pertinentiis et cultores ipsius curie ab exactionibus denariorum pullorum herbergarum vecturarum angariarum perangariarum et ab omni genere servitutis, quocumque nomine censeatur, nec propter hoc super silvis pratis pascuis almendis aquis et aquarum decursibus sive quibuslibet commoditatibus districtus ville per me vel per meos successores seu etiam rusticos de cetero possunt vel debent aliquatenus coartari. In huius rei testimonium presentem cedulam monachis sepedictis sigillo meo tradidi communitam.

Acta sunt hec anno domini MCCLXX quarto, in festo undecim milium virginum, presentibus domino C[unrado] abbate, C[unrado] de Meginsheim, W[ezelone] cellerario, C. de Wil monachis de Alba, R. sacerdote, fratre Ber[toldo] de Heinbach, Gozzone de Wilre nobili, H. de Gozpotisheim, Bert[oldo] dicto Bast militibus, Distil, Hagedorn, Wrfil[a], Wilde, C. de Binstan[1] iuratis et aliis de Wiagartin pluribus fide dignis.

—

[a]Möglicherweise auch *Urfil* oder *Wurfil.*

[1]Binsheim, Walzbachtal, KA, W.

## II

Der Textabdruck folgt dem Original.

Rundes Ausstellersiegel, 41 mm, (IV. A. 2.): In damasziertem Feld ein Schild mit einem mit zwei$^1/_2$ Spitzen gespaltenen Rechtbalken; Umschrift: + S*igillum* OTTONIS . DE . BRVCHSELLA.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 489 U 729

**Überlieferung und Textkritik:**
Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 139, S. 610-611.

**Editionen:**
Kausler: Oberamt Neuenbuerg, S. 143.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**
Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
Bad Herrenalb, CW
Binsheim Wüstung (38977)
Binsheim, Walzbachtal, KA, W
Bruchsal Wohnplatz (5319)
Bruchsal, KA
Gochsheim Wohnplatz (5512)
Gochsheim, Kraichtal, KA
Heimbach, Lustadt, GER, W
Mönsheim Wohnplatz (7054)
Mönsheim, PF
Weiher Wohnplatz (5473)
Weiher, Ubstadt-Weiher, KA

Weil der Stadt Wohnplatz (248)
Weil der Stadt, BB
Weingarten Wohnplatz (20565)
Weingarten, RV